

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

DIRAE AD BATTARVM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

Gramineam viridi sodiens de cespite terram.
 Iam memor incæptum peragens sibi cura laborem,
 Congestum cumulavit opus, atq; aggere multo,
 Telluris tumulus formatum crevit in orbem:
 Quem circum lapidem leui de marmore formans,
 Conserit assidua cura memor: hic & acanthus,
 Et rosa purpureo crescit rubicunda colore,
 Et viola omne genus: hic est & Sparita Myrtus,
 Atq; hyacinthus, & hic Cilici crocus editus antro,
 Laurus item Phæbi decus, hic vrgens Rododaphne,
 Liliag, & roris non auita cura marini,
 Herbag, thuris, opes priscis imitata Sabinis,
 Chrysanthusq; hederag, nitor pallente corymbo,
 Et Bocchus Libya regis memor: hic Amaranthus,
 Buphrthalmusq; virens, & semper florida Picris,
 Non illic Narcissus abest, cui gloria forma
 Igne cupidineo proprios exarsit in artus:
 Et quoscunq; novant vernantia tempora flores.
 Hic tumulus super inseritur, tum fronte locatur
 Elogium, tacita quod firmat littera voce:
 Parue culex, custos pecudum, tibi tale merenti
 Faveris officium, vitæ pro munere reddit.

DIRAE AD BAT-
 T A R V M.

BATTARE cygneas repetamus carmine voces
 Divisas iterum sedes, & rura canamus,
 Rura, quibus diras indiximus impia vota.

kk

nt Ae

Antè lupos rapiunt hœdi, vituli antè leones
 Delphini fugiunt pisces, aquila antè columbas,
 Et conuersa retro rerum discordia gliscet:
 Multa prius fient, quàm non mea libera auena
 Montibus, & siluis dicat tua facta Lycurge
 Impia. Trimaecria sterilefcant gaudia nobis:
 Nec fecunda senis nostri, felicia rura,
 Semina parturiant segetes, non pascua colles,
 Non arbusa nouas fruges, non pampinus vna,
 Ipsa non siluæ frondes, non flumina montes.

Rursus, & hoc iterum repetamus Battare carmè.
 Effetas Cereris sulci condatis auenas:
 Pallida flauescant aestu sitientia prata:
 Immatura cadant ramis pendentia mala:
 Desint & siluis frondes, & fontibus humores
 Nec desit nostris deuorum carmen auenu,
 Nec Veneris vario florentia ferta decore,
 Purpureo campos quæ pingit auena colore.
 Hinc aura dulces, hinc suauis spiritus agri
 Mutent pestiferos aestus, & tetra venena.
 Dulcia non oculis, non auribus vlla ferantur.
 Sic precor: & nostris superent hæc carmina votum.
 Ludimus, & multum nostris cantata libellis
 Optima siluaram formosis densa viretis.
 Tondemus virides herbas, nec lata comantes
 Iactabis molles ramos instantibus auris.
 Nec mihi sæpe meum resonabit Battare carmen,
 Militis impia cum succedit dextera ferro,
 Formosæq; cadent vmbra, formosior illis

Ista cades, iterum domini felicia ligna
 Nequicquam nostris toties deuota libellis
 Ignibus aetherijs flagrabunt. Iuppiter ipse,
 Iuppiter hanc aluit: cinis hac tibi fiat oportet.
 Thracis cum Borea spirant immania vires:
 Eurvs agat mistam fulua caligine nubem:
 Africa namineat nimbis minitantis imbrem,
 Cum tua Cyaneo resplendes aethere silua
 Nosset iter, ducens Erebo tua Lydia Ditis.
 Vicinae flamma rapiant ex ordine vites:
 Pascantur segetes diffusis ignibus aura:
 Transuolet arboribus, coniungat & arbor aristas.
 Pertica, qua nostros metata est impia agellos,
 Qua nostri fines olim, cinis omnia fiant.
 Sic precor: & nostris superent hac carmina votis.
 Vnde quae nostris pulsatis littora lymphis,
 Littora, quae dulces auras diffunditis agris,
 Accipite has voces: migret Neptunus in arua
 Fluctibus, & spissa campos perfundat arena.
 Quam Vulcanus agros pastor Iouis ignibus arcet,
 Barbara dicatur Libycæ soror altera Syrtis.

Tristius hoc memini reuocasti Battare carmen.
 Nigro multa mari dicunt portenta natate,
 Monstra repentinis terrentia saepe figuris,
 Cum subito emersere furenti corpora ponto.
 Hac agat infesta Neptunus caca tridenti,
 Atrum conuertens æsum maris vndiq; ventis,
 Et fuscum cinerem canis exhauriat vndis.
 Dicantur mea rura, serum mare. nauis cauet,

Rara, quibus diras indiximus impia vota.
 Si minus hac Neptune tuos infundimus aris,
 Battare fluminibus tu nostros trade dolores:
 Nam tibi sunt fontes, tibi flumina semper amica,
 Nil est quod perdam alterius merita omnia dista.
 Flectite currentes lymphas, vaga flumina retro
 Flectite, & aduersi rursus diffundite campis.
 Incurrant amnes passim remeantibus vndis:
 Nec nostros seruire sinant erroneis agros.
 Dulcius hoc memini, reuocasti Battare carmen.
 Emanant subito sicca tellure paludes,
 Et metat hic iuncos, spicas ubi legimus olim:
 Occupet arguti grilli caua garrula rana.

Tristius hoc rursus dicat mea fistula carmen.
 Precipitent alius fumantes montibus imbres,
 Et late teneant diffuso gurgite campos,
 Quisq; domus infesta minantes stagna relinquunt,
 Vnde relapsa meos agros peruenerit vnda.
 Piscetur nostris in sinibus aduena arator,
 Aduena ciuili qui semper crimine creuit.
 O male deuoti pratorum crimina agelli,
 Tuq; inimica tui semper discordia ciuis:
 Exul ego, indemnatus egens mea rura reliqui,
 Miles ut accipiat funesti premia belli.
 Hinc ego de tumultu mea rura nouissima visam,
 Hinc ibo in siluas, obstabunt iam mihi colles,
 Obstabunt montes, campos audire licebit.
 Dulcia rura valere, & Lydia dulcior illis,
 Et casti fontes & felix nomen agelli.

Tardius

Tardius ab misera descendite monte capella,
 Mollia non iterum carpetis pabula nota.
 Tuq; resiste pater, hæc prima, nouissima nobis
 Intueor campos, longum manet hostis in illis,
 Rura valete iterum, tuq; optima Lydia salue.
 Sine eris & si non mecum morieris, virumq;
 Extremum carmen reuocemus Battare auena.
 Dulcia amara prius fient & mollia dura,
 Candida nigra oculi cernent, & dextera laua,
 Migrabunt casus aliena in corpora rerum:
 Quam tua de nostris emigret cura medullis.
 Gaudia semper enim tua me meminisse licebit.
 Inuideo vobis agri, formosaq; prata:
 Hoc formosa magis, mea quod formosa puella
 Est vobis, tacite vestrum suspirat amorem.
 Vos nunc illa videt, vobis mea Lydia ludit,
 Vos nunc alloquitur, vos nunc arridet ocellis.
 Et mea submissa meditatatur carmina voce:
 Cantat & interea, mihi quæ cantabat in aurem.
 Inuideo vobis agri, discetis amare.
 O fortunati nimium, multumq; beati,
 In quibus illa pedis niuei vestigia ponet:
 Aut roseis digitis viridem decerpserit vnam.
 Dulci namq; tumet nondum viticula Baccho,
 Aut inter varios Veneris stipendia flores
 Membra reclinarit, teneramq; illa serit herbam,
 Et secreta meos furtim narrabit amores.
 Gaudebunt filuæ, gaudebunt mollia prata,
 Et gelidi fontes, animumq; silentia fient,

Tardabunt riui labentes, currite lymphæ,
 Dum mea iucundas exponat cura querelas.
 Inuideo vobis agri, mea gaudia habetis,
 Et vobis nunc est, mea quæ fuit antè voluptas.
 Heu male tabescunt morientia membra dolore,
 Et calor infuso decepit frigore mortis,
 Quod mea non mecum dominia est. non vlla puella
 Doctior in terris fuit, ac formosior: ac (si
 Fabula non vana est) tauro Ioue digna, vel auro.
 Iuppiter auertat aures: mea sola puella est.
 Felix taure pater magni gregis, & decus, ad te
 Vaccula nonnunquam secreta cubilia captans
 Frustra, te patitur filius mugire dolore.
 Et pater hædorum felix, semperq; beate,
 Siue petis montes præruptos, saxa pererrans,
 Siue tibi filius noua pabula fastidire,
 Siue libet campis, tecum tua lata capella est.
 Et mas quocunq; est, illi sua scæmina iuncta,
 Interpellatos nunquam plorauit amores.
 Cur non & nobis facilis natura fuisset?
 Cur ego crudelem patior tam sæpe dolorem?
 Sidera per viridem redeunt cum pallida mundum,
 Inq; vicem Phæbe excurrrens, atque aureus orbis
 Luna tui tecum est: cur non est & mea mecum
 Luna? dolor nostri quid sit, misereve dolentis.
 Phæbe, gerens in te laurus celebravit amorem,
 Et quem pompa deum non filius fama locuta est.
 Omnia vos estis, secum sua gaudia gestat,
 Aut inpersa videt mundo, qua dicere longum est.

ARCA

Aurea quin etiam cum secula voluebantur,
 Conditio similisq; foret moralibus illis.
 Hac quoq; præterea notum Minoidos astrum,
 Quæq; virum virgo, sicut captiua secuta est.
 Ledere calicole potuit vos, nostra quid atas?
 Conditio nobis vita quæ durior esset?
 Ausus ego primus castos violare pudores?
 Sacratamq; mea vitam tentare puella?
 Immatura meæ quoq; nocte solvere fata?
 Istius atq; vinam facti mea culpa magistra
 Prima foret: letum mihi vita dulcius esset.
 Non mea, non villo moreretur tempore fama,
 Dulcia cum Veneris furatus gaudia primum
 Diceret, atq; ex me dulcis foret orta voluptas.
 Nam mihi non tantum tribuerunt impia vota,
 Autor ut occulti noster foret error amoris.
 Iuppiter ante sui semper mendacia furti
 Cum Iunone prius, coniunx quam dictus vterq; est,
 Gaudia libavit dulcem furatus amorem:
 Et mecum tenera gausa est ludere in herba,
 Purpureos flores, quos insuper accumbebat,
 Candida formoso supponens brachia collo.
 Tum credo fuerat Maiores distentus in armis,
 Nam certè Vulcanus opus faciebat, & illi
 Tristi, turpabatq; mala fuligine barbam.
 Non aurora novos etiam plorauit amores,
 Atq; rubens oculos roseo celauit amictu?
 Talia calicole, nunquid minus aurea promo?
 Ergo quod Deus atq; heros, cur non minor atas?

Infelix ego non illo qui tempore natus,
 Quo facilis natura fuit: fors ô mea laeta
 Nascendi, miserumq; genus, quo sera libido est.
 Tanta mea vita cordis fecere rapinam,
 Ut maneam, quod vix oculis cognoscere possu.

P. VIRG. MARONIS
 M O R E T V M.

I AM nox hybernas bis quinq; peregerat horas,
 Excubitorq; diem cantu prädixerat ales:
 Simylus exigui cultor cum rusticus horti,
 Tristia ventura metuens ieiunia luctu ^{caribus}
 Membra leuat sensim vili demissa grabato ^{indig.}
 Sollicitaque manu tenebras explorat inertes,
 Vestigatque focum, laesus quem denique sensi.
 Parvulus exusto remanebat stipite fumus,
 Et cinis obducta celabat lumina pruna.
 Admouet his pronam summissa fronte lucernam,
 Et producit acu stuppas humore carentes,
 Excitat & crebris languentem statibus ignem.
 Tandem concepto tenebra fulgore recedunt,
 Oppositag; manu lumen defendit ab aura,
 Et reserat clausa, qua praevidet ostia, clau.
 Fusus erat terra frumenti panper aceruus:
 Hinc sibi depromit, quantum mensura petebat,
 Qua bis in octanas excurret pondere libras.

Inde